

TRIBUNALE DELLA ROTA ROMANA - *Reg. Latii seu Romana*. - Nullità del matrimonio - Esclusione dell'indissolubilità - Sentenza definitiva - 8 giugno 2000 - Bottone, *Ponente* (*).

Matrimonio - Consenso - Simulazione - Esclusione dell'indissolubilità - Esclusione e oggetto del consenso - Inammissibilità della distinzione tra il diritto e il suo esercizio.

Matrimonio - Consenso - Simulazione - Esclusione dell'indissolubilità - Rapporto tra intelletto e volontà - Positivo atto di volontà.

Matrimonio - Consenso - Simulazione - Esclusione dell'indissolubilità - Causa grave e proporzionata - Prova dell'esclusione.

L'esclusione assoluta o ipotetica dell'indissolubilità — chiamata « bonum sacramenti » — nella misura in cui viene posta mediante atto positivo della volontà, intacca l'essenza stessa del consenso matrimoniale. I contraenti sono tenuti a dare ed accettare nella sua integrità l'oggetto del consenso matrimoniale. Per tanto, un consenso revocabile o dato soltanto « ad tempus » è inefficace per costituire il matrimonio, perché rifiuta la perpetuità del vincolo. L'indissolubilità, per sua stessa natura, non ammette la distinzione tra il diritto e il suo esercizio, perché il contraente che con positivo atto di volontà vuole costituire un matrimonio dissolubile e che, pertanto, si può sciogliere a suo arbitrio, per ciò stesso esclude la proprietà essenziale dell'indissolubilità del consenso matrimoniale e quindi contrae invalidamente (cfr. n. 6).

L'atto di volontà differisce dall'atto dell'intelletto che prevede la possibilità del divorzio. La semplice previsione non è sufficiente per rendere nullo il matrimonio. Ugualmente, non sono sufficienti a dimostrare la nullità le manifestazioni dei contraenti, persino reiterate, sull'opportunità del divorzio, le quali rimangono come idee nell'intelletto e non costituiscono un atto di volontà, benché facilmente possano portare a un atto di volontà. Solo l'atto positivo di volontà contro l'indissolubilità del matrimonio può viziare il consenso. L'espressione « posi-

(*) Vedi, per la dottrina e la giurisprudenza recenti riguardanti l'esclusione dell'indissolubilità, la sezione « Dottrina » di questo numero della rivista.

profunda». Aliud praeterea est addendum, in quod mens ulterius intendatur; quod peculiaris momenti est in casu. Divortio obtento, vir absque conscientiae cruciatibus attentavit matrimonium cum alia muliere, ex qua etiam prolem genuit. Hac agendi ratione demonstravit, quid re vera de doctrina et disciplina Ecclesiae sentiebat.

Vir tantum his ultimis annis conatus est suam vitam secundum christiana principia ducere. Qua de causa sera introductio causae canonicae nihil probat contra simulationem. Tempus enim causae inchoatae non ex simulatione, sed ex conversione ad doctrinam et disciplinam Ecclesiae est computandum.

17. Coram indicatis argumentis infrascripti Patres momentum decisivum non tribuerunt reconciliationis conamini, de quo partes loquuntur quodque pro vero consensu praestito praedicare videtur. In altero examine Actor res plene collustrat, cum explicat non agi de reconciliatione adhibenda, sed de condicionibus communi consensu statuendis «relativo al reparto de los bienes». Insuper adnotandum est executionem exclusionis generatim obvenire post definitivum matrimonii naufragium.

18. Quibus omnibus, tam in iure quam in facto rite expositis ac mature perpensis, Nos infrascripti Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus ac definitive sententiamus dubio proposito respondententes: «*affirmative, seu constare de nullitate matrimonii, in casu, ob exclusum a viro actore bonum sacramenti, vetito eadem viro transitu ad alias nuptias, inconsulto ordinario loci*».

Ita pronuntiamus atque committimus locorum Ordinariis atque Tribunalium ministris, ut hanc Nostram definitivam sententiam notificent omnibus, quibus de iure, atque executioni tradant ad omnes iuris effectus.

Romae, in sede Romanae Rotae Tribunalis, die 1 decembris 1999.

Iosephus Huber, Ponens
Franciscus López-Illana
Ioannes Baptista Defilippi

tivo atto di volontà» sta a indicare che non rendono nullo il consenso la volontà abituale contraria alle proprietà essenziali del matrimonio, l'errore circa l'indissolubilità del matrimonio, la volontà interpretativa insieme alla previsione delle difficoltà e del probabile insuccesso dell'unione, le mere inclinazioni dell'animo, i frequenti discorsi di fastidio e intolleranza nei confronti del vincolo indissolubile, le idee divorzistiche. Ma non si richiede, perché si possa parlare di esclusione, che i contraenti abbiano la volontaria determinazione di far ricorso al divorzio, essendo sufficiente che stabiliscano un matrimonio «ad experimentum», vale a dire, che si riservino, vuoi in ogni caso vuoi se si avverano determinate circostanze, la facoltà di sciogliere il vincolo e recuperare la piena libertà (cfr. n. 7).

L'atto positivo di volontà deve avere la sua origine in una causa grave e proporzionata, tale che abbia spinto il contraente alla celebrazione di un'unione dissolubile. Le circostanze antecedenti, concomitanti e susseguenti devono essere attentamente analizzate allo scopo di conoscere quale fosse la reale volontà dei contraenti al momento delle nozze. Sono anche di grande importanza le dichiarazioni dei testimoni, la confessione extragiudiziale delle parti fatte «tempore non suspecto» e tutti i mezzi di prova ammessi dal diritto, confrontati con le circostanze del caso.

(*Omissis*). — SPECIES FACTI. — 1. Paulinus, die 11 septembris 1956 Romae natus, qui in familia catholica bonam educationem acceperat, tunc in scientiphico lyceo Urbis studens, anno 1974 Mariam obviam habuit in coetu quodam amicorum. Placuit illi puella et, inde a mense septembri eiusdem anni, relationem cum ipsa instituit quae praesertim in coetu amicorum ducta est.

Puella, die 17 iunii 1957 in Urbe orta, in severissima familia, catholicis praeceptis obsequens, optimam educationem obtinuerat et in institutis, a religiosis sororibus directis, scholas frequentaverat, tunc Instituti (*omissis*) tyro erat.

Ambo iuvenes, circumstantias illius temporis sequentes, in quibus principia omnia a iuvenibus contestabantur, constantem praxim religiosam dimiserant et ideas pro divortio, de quo fere cotidie tunc sermo erat, fovere ceperunt etiam condicionibus familiaribus quorundam amicorum prae oculis habitis.

Ab initio anni 1975 relationes intimas iuvenes laeviter admiserunt ex quibus puella praegnans facta est.

Detecta praegnantia puella desperatione capta est timore severissimi patris reactionis et, ope telephonii, matrem, quae tunc (*omissis*)

erat pro funere sororis, adivit minitans se vitam adempturam. Mater ipsam amicae N. commendavit quae Mariam in domo sua hospitavit usque ad reditum matris.

Nec melior erat condicio Paulini, reactionem familiae rectis et catholicis principiis obsequentis, valde timens.

Addatur iuvenes de matrimonio ne cogitasse quidem et, insuper indolum diversitas ipsas ad frequentes lites ducebant, quae detecta praegnantia ingravescere ceperunt.

Parentes iuvenum tantum de quadam sympathia inter ipsos sciebant.

2. Cognita Mariae praegnantia pater terribilem reactionem habuit et per aliquot dies neque verbum direxit uxori et filiis. Pari severitate notitiam praegnantiae puellae acceperunt parentes Paulini qui familiam Mariae adiverunt, quam antea numquam cognoverant.

In conventu apud parentes Mariae habito, familiae decisionem ceperunt de matrimonio partium quin iuvenes, etsi conventui praesentes, quidquam dicere potuissent. Nulla alia solutio, enim, pro familiis partium possibilis erat. Omnes, partes inclusive, contrarii abortu erant, neque possibile tenebatur puellam innuptam filium generare: terribile scandalum pro honore familiae fuisset.

Istis in circumstantiis partes matrimonium celebrare acceptaverunt (nec diverso modo agere potuissent), sed, attenta indolum diversitate, ingravescentibus iurgiis, quae etiam ad violentiam iuvenes ducebant, communi consilio ad divortium recurrere statuerunt si res male cessissent.

Istis cum propositis matrimonium partes celebraverunt die 1 maii 1976 in ecclesia romana (*omissis*) dicata.

Filia praeconcepta, Anna, nata est mense octobris 1976, sed, inde ab initio, convictus coniugalis male cessit et in dies peior efficiebatur: iurgiis plenus variis cum episodiis violentiae de quibus mulier etiam in praesentiarum consectaria patitur.

Paulinus tantum sollicitus erat de coniugali debito, quem redere Maria recusabat. His haud obstantibus mulier praegnans denuo evasit, sed abortu terapeutico passa est.

Intolerabili facta vita communi, mense septembris 1980 mulier separationem instituit et maritus dereliquit domum coniugalem quam Maria vendidit et apud suos parentes rediit.

3. Plenam libertatem in facie etiam ecclesiae recuperandi cupidus Paulinus, die 17 octobris 1981, libellum Tribunali ecclesiastico

regionali Latii direxit ad petendam sui matrimonii declarationem nullitatis ob exclusionem boni sacramenti ab utraque parte. Mulier haud se opponente dubium, sicut ab actore petitum, concordatum est die 7 ianuarii 1983. Post instructionem causae per partium excusationem et plurium testium atque servatis servandis, Tribunal aditum sententiam edidit affirmativam de capite allato die 28 iunii 1984.

Vinculi Defensor, die 1 martii 1985, ad Rotam Romanam appellavit, quod Tribunal sententiam primae curae haud confirmavit sed causam ad ordinarium examen secundi gradus remisit.

Actor causam prosecutus non est ita ut reposita sit in archivo decreto diei 11 iulii 1986.

Interim uterque coniux novum matrimonium civili ritu iniit et filios accepit qui nunc sacramenta Eucharistiae et Confirmationis accipere debent, exinde disagium pro ipsis qui ad sacramenta accedere non possunt.

Mulier, diligentior facta, per suum patronum, die 20 martii 1999 resumptionem causae petiit quae resumpta est decreto diei 26 eiusdem mensis.

Suppletiva instructio peracta est per novam auditionem partium et plurium testium et nunc, servatis servandis, Nobis decernendum est an constet de matrimonii nullitate in casu ob exclusionem boni sacramenti ab utraque parte.

IN IURE. — 4. Codex I. C. anni 1917, sub quo coniugium, nunc sub iudice, celebratum est, matrimonium vocat « contractus », novus Codex, aptioribus verbis, quae melius indicant mutuam cooperationem interpersonalem contrahentium, affirmat in can. 1055 matrimonium esse « foedus quo vir et mulier inter se totius vitae consortium constituunt ».

Non tamen consortium quodcumque, de quo contrahentes libere disponere possint, quia ab ipso Creatore recipit ordinationem ad bonum coniugum et ad prolis generationem et educationem.

Christus Dominus, foedus hoc naturali, divinae voluntati respondens, ad dignitatem sacramentalem evexit ita ut inter baptizatos nequeat matrimonium consistere quod non sit sacramentum.

Praeter ordinationem, ex voluntate divina, matrimonium recipit etiam proprietates essentielles, quae sunt unitas et indissolubilitas, quae, ratione sacramenti, affirmantur peculiarem obtinere firmitatem (can. 1056, cfr. etiam can. 1013 § 2 C.I.C. 1917). Docet Constitutio *Gaudium et Spes* Concilii Oecumenici Vaticani II « ... hoc vinculum

sacrum, intuitu boni, cum coniugum et prolis, tum societatis, non ex humano arbitrio pendet. Ipse vero Deus est auctor matrimonii, variis bonis ac finibus praediti» (n. 48). His attentis, ut matrimonium consistere possit, oportet contrahentes omnes et singulas essentielles proprietates matrimonii acceptent necnon ordinationem ad bonum coniugum et ad prolem, praeterquam capacitate gaudeant matrimonii essentielles obligationes assumendi et adimplendi atque ab impedimenti liberi sint.

5. Matrimonium consensu constituitur. Docet *Gaudium et Spes*: «Intima communitas vitae et amoris coniugalis, a Creatore condita suisque legibus instructa, foedere coniugali seu irrevocabili consensu personali instauratur» (n. 48). Consonat Codex I. C. «Matrimonium facit partium consensus inter personas iure habiles legitime manifestatus, qui nulla humana potestate suppleri valet» (can. 1057 § 1 / 1081 § 1 C.I.C. 1917). Est consensus actus voluntatis (can. 1057 § 2 / 1081 § 2 C.I.C. 1917) qui requirit habilitatem iuridicam, aptam scientiam et legitimam manifestationem.

Necesse est, insuper, ut de consensu externe constet verbis vel aequivalentibus signis forma a iure statuta manifestatis. «Ad validum contrahendi matrimonium fides necessaria non est, sed unus consensus. Quapropter, quoties sponsi baptizati omnia; quae iure naturae necessaria sunt, ponunt legitima forma, vinculum indissolubile et ipsum sacramentum fit. Quod quidem non a fide contrahentium nec ab eorum voluntate, sed a voluntate Christi pendet» (coram Pompedda, R.R.Dec., vol. LXXXVII, pag. 4, n. 6).

Attamen, cum actus voluntatis internus sit, quandoque accidere potest ipsum verbis vel signis externe patefactis conformem non esse et, inde, habemus simulationem.

Simulatio matrimonium ipsum respicere potest vel aliquod essenziale elementum aut essentialem proprietatem: utraque matrimonium irritum reddit. Statuit can. 1101 § 2 «At si alterutra vel utraque pars positivo voluntatis actu excludat matrimonium ipsum, vel matrimonii essenziale aliquod elementum, vel essentialem aliquam proprietatem, invalide contrahit» (cfr. etiam can. 1086 § 2 C.I.C. 1917).

Matrimonium, tamen, est contractus praesumptionibus munitus, et adversus simulationem stat praesumptio a can. 1101 § 1 statuta «Internus animi consensus praesumitur conformis verbis vel signis in celebrando matrimonio adhibitis» (cfr. etiam can. 1086 § 1 C.I.C. 1917).

6. Indissolubilitas declaratur a can. 1056, simul cum matrimonii unitate, essentialis proprietates etiamsi de matrimonio tantum naturali agatur, sed in matrimonio christiano, ratione sacramenti peculiarem acquirit firmitatem (cfr. etiam can. 1013 § 2 C.I.C. 1917).

Exclusio ergo indissolubilitatis irritat matrimonium. Absolute vel hypothetice exclusio indissolubilitatis, quae etiam sacramenti bonum dicitur, poni potest, semper, tamen, positivo voluntatis actu est firmanda, ut essentia matrimonialis consensus inficiet.

Nupturientes, enim, integrum obiectum matrimonialis consensus tradere et accipere tenentur iuxta divinam legem, quia matrimonium a Deo est institutum et a Christo ad dignitatem sacramentalem evectum.

Consensus ideo revocabilis et solummodo ad tempus praestitum, ineptum est ad matrimonium constituendum, quia ius perpetuitatis coniugii denegat. Etenim indissolubilitas, suapte natura, distinctionem inter ius et exercitium iuris non permittit atque nupturiens, positivo voluntatis actu statuens coniugium mere solubile inire, iuxta suum arbitrium solvendum, eo ipso excludit essentialem proprietatem indissolubilitatis e matrimonii consensu et consequenter invalide contrahit.

7. Actus voluntatis differt, ut patet, a mero actu intellectus praevidenti possibilitatem divortii. Praevisio, etenim, cum nihil statuat, ad matrimonium irritum reddendum non sufficit. Pariter non sufficiunt ad demonstrandam coniugii invaliditatem manifestationes, etiam iteratae, nupturientis de opportunitate divortii, quia ideae in intellectu manent et actum voluntatis haud constituunt etiamsi illum eliciendum facilius reddere possint.

Solummodo positivus actus voluntatis contra matrimonii indissolubilitatem consensum matrimoniale vitiare potest. « Ad hoc essentialia elementa significandum lex utitur inequivoco accuratoque verbo "positivo voluntatis actu excludat" (can. 1101 § 2), quo radicitus removentur habitualis voluntas proprietatibus essentialibus matrimonii contraria, error circa matrimonii indissolubilitatem, voluntas interpretativa immo et praevisionis difficultatis et probabilis infelicis exitus matrimonii, merae animi inclinationes, iterati sermones de fastidio vel intolerabilitate vinculi indissolubilis, ideae divortio faventes. Haud requiritur tamen ut contrahens positiva voluntatis determinatione decernat divortium re esse facturum; sufficit ut matrimonium ad experimentum inire statuat, i. e., ut sibi reservet sive omni

in casu sive quibusdam dumtaxat accedentibus circumstantiis vinculum dissolvendi plenamque libertatem recuperandi» (coram Funghini, R.R.Dec., vol. LXXXVII, pag. 77, n. 2).

8. Positivus iste voluntatis actus a gravi proportionata causa originem ducat oportet qua tantummodo ad solubile coniugium ineundum contrahens ducatur. Adiuncta et circumstantiae antecedentes, concomitantes et subsequentes matrimonio attente perpendendae sunt ex quibus genuini animi contrahentis indicium trahi possit.

Quae omnia si cum assertionibus testium, qui confessionem extraiudicalem nupturientis, tempore non suspecto cognitam, in iudicio referre valeant atque cum relatis a simulante congruant, positivum voluntatis actum probare valent. «Non vero est impossibilis haec probatio, quae fieri potest omnibus mediis a iure admissis. Simulantis confessio non est spernendi momenti, sicut et causa simulandi, quae erui potest etiam a testium depositionibus, sicut e circumstantiarum summa, quae in illam convergant.

Ne praetereunda sunt cetera adiuncta et facta, quae evincedae simulationi favent, et illam, certo modo, quasi rationabilem ostendant» (coram Lefebvre, S.R.R.Dec., vol. LXVI, pag. 121, n. 10/11).

IN FACTO. — 9. Antequam partem in facto aggrediamur, opportunum videtur notulas aliquas de tempore quo facta evenerunt exponere, quae adiutorium praebere possunt ad detegendam veritatem.

Decennium 1970/80, praesertim primis quinque annis, signatum fuit a contestatione valorum omnium receptorum ex parte iuvenum, a conaminibus omnia evertendi, vitam ducendi absque regulis ullis, tantum proprium martem et arbitrium persequendo.

Hoc clara luce apparuit praesertim in iuvenibus ex bona familia provenientes, in qua et in scholis optimam receperant educationem, intuitu seipsos affirmandi praecise principia recepta subvertentes atque deliberate contra conviventiae normas agentes. Ita erga religionem eiusque praecepta, ita sermonem scurrilem adoptando, ita ideas devias pervicaciter proclamando voluntate sese anticonformistas praebendi, ita erga praeproperas relationes sexuales.

Illa in periodo de divortio sermo fere cotidie erat quia, prius, legislatores de divortio institendo discutiebant, dein referendum pro lege de divortio abolenda indictum erat.

Nihil mirum si partes, ambo ex bona familia provenientes, in qua et in scholis optimam educationem receperant, modum agendi

et ideas currentes apud coetaneos et coetum amicorum assumpsisse reactione contra recepta principia.

Hoc clarissime patet ex depositionibus conventae diligentioris. Maria dixerat in prima depositione «La mia educazione religiosa è stata ottima, sono cresciuta tra le Suore. Entrai poi in crisi sul sistema educativo delle Suore. Mi sentivo compressa nella mia personalità, vedevo che il sistema educativo era forzato ...». Et adhuc clarior in depositione coram Nostro Apostolico Foro de origine suae mentalitatis divortio faventis affirmat: «Avevo maturato questa mentalità per reazione ad una educazione religiosa troppo costringente nel sistema educativo della scuola che frequentavo, tenuta da religiose, che ritenevo forzato. Inoltre conoscevo famiglie di mie compagne che avevano problemi per cui vedevo il divorzio come una soluzione di questi».

Paulinus mentalitatem divortio faventem, praeter ex ideis in coetu amicorum currentibus, mutuavit condiciones familiarum amicorum observando quae in infelici statu versabant. Dicit «Pur essendo io cresciuto in una famiglia sana ed unita, io ero già allora favorevole al divorzio. Avevo molti amici con i genitori discordi e questo mi rendeva pensoso che voler tenere legate due persone che non s'intendono e non si amano è un assurdo». Omnia vir confirmat in depositione coram Nostro Apostolico Tribunale reddita.

Mentalitas haec, modo supra descripto a partibus sibi efformata, apta causa remota evadit eorundem simulationis.

10. Partes, quamquam dicunt «Ci volevamo bene» (...) de matrimonio in futuro ineundo numquam cogitaverant. Conventa diligentior dicit «Quanto al matrimonio, era ben lungi da me di sposarmi con Paulino» et «Il matrimonio neppure mi sfiorava la mente» et in secunda depositione «Non c'era nessun piano di matrimonio né per l'immediato, né per il futuro (...) l'idea del matrimonio non ci sfiorava per nulla». Consonat Paulinus «neppure si pensava al matrimonio» et «... fino al giorno della rivelatasi gravidanza non si era mai pensato al matrimonio» et, in depositione coram Nostro Apostolico Foro confirmat «non avevamo assolutamente progetti di matrimonio». Ceterum ambo in periuvenili aetate erant constituti, adhuc studiis incumbabant et laeviter vitam propriam ducebant.

Insuper relatio nec tam pacifica erat, frequentibus iurgiis perturbata ob indolum diversitatem; et etiam violentiae episodica aderant.

Conventa diligentior deponit «C'erano frequenti litigi prima e dopo la gravidanza dovuti alla differenza di carattere. Paulino era

poco riflessivo, se la prendeva per motivi futili, voleva imporre i suoi punti di vista. Io non sopportavo questo suo modo di agire... ». Post relata verba, conventa diligentior episodica violentiae enarrat. Consonat Paulinus etiamsi momentum et gravitatem iurgium parvipendat. Attamen addit vir « Scoperta la gravidanza la relazione si è deteriorata e c'è stata un po' di burrasca »: quod dixerat etiam in prima depositione.

Quaenam esset condicio partium postquam praegnantia mulieris revelata est parentibus et relationis inter partes, bene patet sequentibus verbis sive actoris sive conventae diligentioris. Actor dicit « ... ricordo un periodo caratterizzato da alternanze di situazioni: un giorno eravamo tranquilli e in pace, un altro avevamo delle liti furibonde » et conventa diligentior deponit « ... rimaneva l'angoscia per il futuro, sia in generale, che in particolare come coniugi. Non ci conoscevamo a sufficienza, non avevamo mai pensato ad un eventuale matrimonio, litigavamo, solo le circostanze hanno determinato il fatto del nostro matrimonio ».

Haec omnia optimam constituunt causam proximam simulationis.

11. Quod supra diximus confirmatur si mentem ponimus ad factum quod in decidendo matrimonio partes nullum momentum habuerunt.

Ante omnia recolendum reactiones partium parentum notitiae de puellae praegnantia terribiles fuisse, praesertim patris conventae diligentioris. Ipse de « furore » loquitur et dicit « Reagii molto male; mi chiusi in me stesso e non parlai più né con la moglie né con i figli per diversi giorni » et motivum sui furoris indicat « Mi sentivo offeso perché quel fatto era un insulto alla famiglia e all'educazione che io avevo cercato di impartire ». Omnia confirmantur a matre conventae quae deponit: « Mio marito rimase malissimo, io credevo che si ammalasse; quella sera non ha mangiato e per alcuni giorni non ha parlato con nessuno, era come pietrificato ».

Simili modo affecti sunt parentes viri. Sufficiat verba patris, d.ni Romualdi, recolere « Restai esterrefatto dalla notizia ». Istis in conditionibus et sensibus, familiae partium occursum habuerunt et matrimonium deciserunt quin iuvenes quidquam dicere potuissent. Clarissime affirmatur a partium parentibus, praesertim a matre et patre conventae diligentioris. D.na Gratia, mater mulieris, dicit « La decisione fu presa dalle rispettive famiglie. Noi invitammo la famiglia di Paulino che non conoscevamo per niente, e venne deciso il matrimo-

nio. Paulino e Maria stavano seduti in un angolo zitti e spaventati». Ultero procedit pater mulieris, qui dicit «i ragazzi stavano seduti in un angolo nel salone e non hanno neppure provato a parlare». De decisione matrimonii partium a parentibus capta, loquuntur, ut patet, etiam d.nus Romualdus, actoris pater, et d.na Martha necnon d.nus Methodius, actoris patruus.

12. Nulla alia solutio praeter matrimonium possibilis erat quia nimis negativa, praesertim pro familia puellae, et scandalum suscitavisset. Dicit conventa diligentior «Eravamo contrari all'aborto ed era inconcepibile, sia per la mia famiglia soprattutto, ma anche per quella di Paulino, far nascere il bambino senza sposarci; sarebbe stato uno scandalo terribile, insopportabile per le famiglie». Consonat Paulinus sive de contrario animo erga abortum, sive de possibilitate filium extra matrimonium accipiendi «sarebbe stata una soluzione troppo negativa e disonorevole per Maria e per la sua famiglia».

Eadem motiva praebent testes. Audiamus mater conventae diligentioris «Altra soluzione alla gravidanza non sarebbe stata in nessun modo possibile e neppure concepibile. Ogni altra soluzione sarebbe stato uno scandalo intollerabile». Sed neque familiae membra cognoscere debebant Mariae praegnantiam et inde, addit testis, «Abbiamo deciso di tenere nascosto il fatto della gravidanza anche ai familiari». Consonat pater mulieris «... né era pensabile che Maria rimanesse in casa come ragazza madre: sarebbe stata la vergogna per la famiglia. Per mia madre sarebbe stato un gravissimo dolore che l'avrebbe portata alla tomba, tanto è vero che né a mia mamma né a mia sorella Lina abbiamo parlato della gravidanza di Maria».

Parentes viri idem dicunt, D.nus Romualdus, actoris pater affirmat «non si è neppure posta la questione (aliarum solutionum) e credo che non sarebbe stata possibile per il senso morale delle famiglie» et in praecedenti interrogatoria dixerat «non era possibile altra soluzione che il matrimonio». Omnia confirmat mater actoris et addit circa filium «del resto non poteva neppure dire «non voglio» data la mentalità delle rispettive famiglie».

13. Nihil mirum si istis in adiunctis partes de divortio faciendo, si res male cessissent, cogitasse eo vel magis quod lites et violentiae usque in pervigilio diei nuptialis exstiterunt. Deponit, nempe mater mulieris «Litigavano sempre. Qualche giorno prima del matrimonio Paulino ha picchiato mia figlia davanti a me sulla porta di casa e lei

ha reagito picchiandolo a sua volta e gridandogli: « non ti voglio più sposare ». *Intentio partium divortio uti si res male cessissent, non mansit tantum in ordine idearum, nec fuit aliquid confusum et indeterminatum, sed positivus voluntatis actus in ordine ad proprium matrimonium celebrandum: clare patet ex depositionibus partium sive in prima instantia, sive coram Nostro Foro peractis.*

Conventa diligentior, in depositione coram Tribunale primae instantiae, dixerat: « Verificatasi la necessità di sposarci, dovemmo piegare la testa e accettare l'ineluttabile (...) Ci trovammo d'accordo (...) Ognuno avrebbe ripreso la sua strada (...) e ci proponemmo di ricorrere al divorzio ». Confirmat in depositione coram Nostro Apostolico Foro: « eravamo ambedue d'accordo su questo proposito (nempe recurrendi ad divortium) (...) anche se forse fui io la prima a parlarne (...) io ne parlai con mia madre che certamente non condivideva le mie idee ».

Consonat Paulinus «... in caso di esito negativo della nostra unione non avremmo esitato a ricorrere al divorzio ».

Intentio ista « era seria e s'innestava nel nostro schema mentale divorzistico ».

Omnia plene confirmat actor in depositione coram Nostro Apostolico Foro.

14. *Testes, fere omnes, confirmant. In primis mater conventae diligentioris deponit: « Quanto alle loro idee matrimoniali, più volte li ho sentiti riferire idee divorzistiche (...) Dicevano in tono serio e convinto che nella ipotesi di un fallimento della loro unione, sarebbero entrambi ricorsi al divorzio ». Coram Nostro Tribunale testis confirmat « io stessa li ho sentiti dire che in caso di fallimento avrebbero divorziato ». Citata testis plura evidentia motiva habebat seriam tenendi intentionem partium.*

Patruus viri, Methodius, confirmat se audivisse partes intentionem ad divortium recurrendi, si res male cessissent, patefaciendi. Dicit testis: « posso inoltre attestare perché lo sentivo con le mie orecchie che Paulino e Maria, di comune accordo, stabilirono che sarebbero ricorsi al divorzio ». In depositione coram Nostro Apostolico Tribunale testis addit « Una volta feci esplicitamente la domanda « siete molto giovani: se non andate d'accordo? ». Mi risposero che sarebbero ricorsi al divorzio ». Etiam a patre actoris confirmationem habemus de firma voluntate partium divortio utendi si res male cessissent. Dicit: « queste idee non erano generiche, ma venivano appli-

cate pienamente al matrimonio che stavano per contrarre e non ne facevano mistero fra gli amici e noi familiari». Ita in secunda depositione. Idem deponit mater actoris.

Etiam testes familiis partium extranei de hac firma intentione partium fidem faciunt. Sic Ferdinanda, sic Albertus. Titia de re nihil deponere potest quia partes tantum post matrimonium cognovit sed fidem facit de infelicitate coniugii. Iustinus de ideis partium circa divortium fidem facit sed de intentione earundem illas proprio matrimonio applicandi nihil dicere valet quia «Essi non mi fecero tali confidenze». Necessè, tamen, haud est omnia et singula amicis et notis patefacere.

Soror conventae diligentioris potius contrarium videretur affirmare, sed oblivisci non potest ipsam, tempore quo nuptiae celebratae sunt, tantum decimum tertium annum attigisse. Ceterum depositio integerrimae matris conventae sufficit ad genuinam intentionem partium patefaciendam. Nihil de re deponere potest Lina quia ipsi celata fuerat praegnantia mulieris et, ideo, pro ipsa, decisio matrimonii, quamquam praepropera, normali ratione capta erat. Etiam pater conventae diligentioris de intentione filiae ad divortium recurrenti nihil scire potest, sed conventa ipsa dicit: «non ne parlai con mio padre, attesa anche la reazione estremamente negativa che aveva avuto a riguardo della mia gravidanza». Ceterum ab ipso domino Ludovico, conventae diligentioris pater, scimus colloquium inter ipsum et filias restrictum fuisse tempore mensae. «Si parlava insieme con le figlie quando prendevamo i pasti a tavola, ma verso di loro c'era un certo riserbo», dicit vir, sed etiam magnam severitatem. Addit nempe «Nel caso che le figlie non avessero eseguito i miei ordini o i miei indirizzi, la mia reazione era certamente dura. Non esclusi gli schiaffi».

Cum tali severissimo patre, certissime huiusmodi intentiones non patefiunt.

15. Quod coniugium inde ab initio male cesserit abunde constat ex actis. Sufficiat recolere quod mater actoris deponit «dopo le nozze sono stati per un piccolo periodo a casa mia. Per me è stato un disastro: litigavano continuamente e per cose senza importanza. Non erano affiatati come marito e moglie».

Etiam violentiae aderant inter coniuges, praesertim ex parte viri adversus Mariam. Dicit conventa diligentior «Paulino è stato spesso violento con me al punto che dovetti subire un'operazione all'udito.

Mio marito mi trascurava completamente». Tantum de debito coniugali sollicitus erat quod mulier aegre ferebat. Dicit «... non volevo più avere rapporti con il marito, ciò che lo faceva arrabbiare». Etiam d.na S. in litteris Tribunali missis hoc confirmat «Più volte Maria mi confidò i suoi problemi, e in maniera brutale, la sua insofferenza verso il “dovere coniugale”».

Secunda exorta praegnantia, aborto terapeutico conclusa, ex supra relatis sufficientem explicationem obtinet atque ex alio etiam facto. Dicit mulier «Mi ammalai seriamente per diversi mesi. In quel periodo Paulino ha avuto un riavvicinamento verso di me, in cui abbiamo avuto dei rapporti occasionali: così si è determinata la gravidanza». De hoc etiam mater actoris fidem facit. Ex expositis, tamen, clare patet hoc nullo modo contradicere posse intentioni positae a partibus divortio uti si res male cessissent. Reapse, recuperata valetudine, mulier fere statim separationem instituit.

16. Quibus omnibus tum in iure tum in facto perpensis, Nos infrascripti Patres Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi Nomine invocato, edicimus, declaramus ac definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: «*affirmative, seu constare de nullitate matrimonii, in casu, ob exclusum bonum sacramenti ab utraque parte*».

Ita pronuntiamus atque committimus locorum Ordinariis et Tribunalium administris, ad quos spectat, ut hanc Nostram definitivam sententiam notificent omnibus quorum intersit, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, in sede Tribunalis Apostolici Rotae Romanae, die 8 iunii 2000.

Angelus Bruno Bottone, Ponens
Gregorius Erlebach
Americus Ciani